



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 85. Commissarii ad caussas fidei nominati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

*nonicas & legitimas Sanctiones in favo-rem Catholicæ fidei contra hæreticos, & eorum fautores, salubriter adinventas.*

Secul. XV.  
A. C. 1415.

## §. LXXXV.

*Commissarii ad causas fidei nominati.*

Perlecto hoc juxta ac approbato Decreto, aliud adhuc recitabatur, quo omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Prælatiis, eorumque Vicariis ubilibet constitutis sub pœna excommunicationis præcipiebatur, punirent eos, qui hoc Decretum pertinaciter transgredierentur, invocato etiam (si opus fuerit) auxilio brachii sæcularis, qui vero ad poenitentiam redierint, ad gremium Ecclesiæ susciperentur, injuncta eis poenitentia. Cum vero indies novæ prodirent hæreses, Promotores Concilii Commissarios nominari postulabant, qui materias fidei examinarent, & de illis usque ad sententiam definitivam exclusive judicarent. Annuente Synodo, Cardinales Ursinus, Aquilejensis, Cameraensis, & Florentinus cum quatuor aliis cujusvis Nationis Commissariis tam Episcopis, quam Doctoribus ad audiendas, & examinandas fidei causas, nominati sunt, ut observata legum norma judicarent, & quascunque hæreses, atque errores tam in fide, quam in moribus unde

Sæcul. XV. cunque habuerint, vel habeant originem,  
 A.C. 1415. nulla omnino habita Personarum acce-  
ptione, extirparent, exclusive usque ad  
 sententiam definitivam pronuntiaturi.  
 Subjunxit quoque Decretum, quod *in*  
*caussa hæresis contra Joannem Hussum, quæ*  
*circa conclusionem existit, per judices depu-*  
*tatos hucusque in ea ulterius cognoscatur, &*  
*procedatur per eosdem.* Placuit omnibus  
 hoc Decretum excepto Episcopo Attre-  
 batensi, qui aperte declaravit, Cardinalem  
 Cameracensem Burgundiæ Duci, saltem  
 in caussa Joannis Parvi, suspectum esse,  
 proin a se illum tanquam Commissa-  
 rium recusari, usquedum a Duce Domi-  
 no suo nova mandata accepisset.

## §. LXXXVI.

*Episcopus Attrebatensis sese condemna-*  
*tioni Joannis Parvi opponit.*

*Gerfon. to. 5. p. 362.* **C**redunt nonnulli, Cameracensis exclu-  
 sionem ab Attrebatensi factam ortum  
 habuisse ex intima amicitia, inter Cardi-  
 nalem & Joannem Gerfonium, qui dam-  
 nationem Joannis Parvi præ ceteris  
 vehementius urgebat. Præterea dictus  
 Episcopus, Parisiensis Episcopi, necnon In-  
 quisitoris hæreticæ pravitatis sententiam  
 irritari, nullamque a Synodo declarari pe-  
 tiit, partim quia modo minime legitimo,  
 utpote in caussa Sedi Apostolicæ reservata  
 ambo